

trigesimusquintus

pictoris inscitia: eua tergendā eam mandauerat. M. Iunius prætor sub die ludorū appollinariū: Spectata est in æde fidei in capitolio imago senis cū lyra puerum docentis. pinxis & ægrū sine fine laudatū. Qua in arte tantū ualuit: ut Attalus rex unam tabulamq; eius centū talentis emisse tradatur. Simul ut dictū est & protogenes floruit patria ei caunus gentis rhodiis subiectæ. Summa eius paupertas initio artisq; summa intentio: & ideo minor fertilitas. Quis eū edocuerit: non putant constare. Quidam & naues pinxisse usq; ad annū quinquagesimū. Argumentū esse: q; esse: cū athenis celeberrimo loco mineruæ delubro propyleon pingeret ubi fecit nobilem. paralum & hemionida. quā qdā nauis uocant: adiecerit: paruulas naues longas in iis: quæ pictores parerga appellant: ut apperet a quibus initiis ad arcem ostentationis opera sua peruenissent palmam habent tabulæ eius lalyfus: q; est usq; hodie Romæ dicatas in templo. pacis: quem cum pingeret: traditur madidis lupinis uixisse. qm̄ simul famē sustinerent & sitim. ne sensus nimia dulcedine obstrueret. Huic picturæ quater colore induxit contra subsidia iniuriæ & uetustatis: ut decedente superiore it; senior succederet. ē in ea canis mīre factus: ut quem pariter casus & ars pinxerit. nō iudicabat se exprimere in eo spumā anhelantis cū i reliqua oī parte quod difficillimū erat. sibi ipse satisfecisset. Displicebat aut̄ ars ipsa. nec minui poterat. & uidebat nimia ac lōgius a ueritate discedere. spūaq; illa pingi nō nasci ex ore anxio animi ciatu cū pictura uerū esse non uerisimile uellet: absterferat sapius. mutaueratq; penicillum: nullo modo sibi approbans. postremo iratus arti quod intelligeretur. spongiam eā impegit in uiso loco tabulæ. ex illaq; reposuit ablatos colores. qualiter cura optauerat. fecitq; in pictura fortuna naturā. Hoc exēplo similis & nealtē successus in spuma equi similiter spōgia impacta secutus dicitur cū pingeret popizonta retinētē equū. Cum itē prothogenes monstrauit & fortuna. proter hunc lalysum ne creparet tabu. Demetrius Rex: cū ab ea parte sola posset rhodū capere: non incendit. & parcētēq; picturæ fugit occasio uictoriæ. Erat nūc prothogenes in suburbano hortulo suo hoc est Demetrii castris. ne q; interpellatus præliis inchoato opera intermisit omnino. sed acutus a rege interrogatusq; qua fiducia extra muros ageret. respondit. scire se illi: cū rhodiis bellū eē nō cū artibus. disposuit ergo rex in tutelā eius stationes. gaudens q; posset manus seruare: quibus iā pepererat: & ne sapius auocaret: ultro ad eū uenit hostis. Relictisq; uictoriæ suæ uotis inter arma & muros: ict^o spectauit artificē. Sequitq; tabulā eius tēporis hæc fama: q; eam prothogenes sub gladio pinxerit. Satyrus hic est. quē anapauomenō uocant. ne quid desit temporis eius secutitati tibias tenens. Fecit & Cydipē Triptolemū. Cyliscū tragœdiæ scriptorem meditantem & Ashletam. & antigonū regem: & imaginem matris aristotelis philosophi. qui ei etiam suadebat. ut alexandri magni opera pingeret: pp̄ æternitatem rerum. impetus animi & libido in hæc quædam artis eum potius tulere. nouissime pinxit alexandrū ac panam. Fecit & signa ex ære. ut diximus. Eadem ætate aſclepiodorus fuit. quem in symmetria mirabat. apelles Huic Mnason tyrannus pro. xii. dies dedit in singulos mnas tricenas. idēq; Theomnesto in singulos heroas mnas cētenas. his annumerari debet nicomachus aristodēi filius. ac discipulus. pinxit hic captū proserpinæ. Quæ tabula fuit in capitolio in mineruæ delubra supra ædiculam iuentutis. & in eodē capitolio alia quam plancus imperator posuerat uictoria quadrigā in sublimē rapiens. hic priamus Vlixii addidit. pileum. pinxit & apollinem & dianam. deamq; matrem in leone sedentem. & itē nobiles bacchas arreptantibus satyris. Seyllamq; quæ nunc est romæ iu templo pacis. nec fuit aliud ea arte uelocior. Tradunt nāq; conductū eum ab aristrato sicyonio: tyranno ad pingendum. quod is faciebat Telesti poetæ monumentū præfinito die intra quē pageretur. nec multo ante uēisse. accesso in pœnā tyranno paucisq; diebus absoluisse celeritate & arte mira. discipulos habuit aristidē fratrem & aristoclem filiū & philoxenū eretriū. Cuius tabula nullis postferēda Cassandro regi picta. cōtinuit alexandrū præliū cū dario item pinxit & lasciuā in qua tres Sileni comesant. hic celeritatē præceptoris secutus. bræuiore etiā qualdā picturæ uias & cōpēdiarias inuenit. annumeratur his & nicophanes elagans & concinus. ita ut uetusta opera pingeret propter æternitatem regis impetuosi animi & cui pauca cōparentur. Coturnus ei & grauitas artis. multū a zeuside & apelle abest apellis discipulis perseus ad quem de hac arte scripsit. qui huius fuit ætatis. Aristidis. Thebani discipulis perseus ad quem de hac arte scripsit: qui huius fuit ætatis. aristidis Thebani discipuli eius fuerunt antorides & euphranon. de quibus mox dicemus nāq; subtexi par est: minoris picturæ celebres in penicillo e quibus fuit pyreicus: arte pacis postferendus. proposito nescio an destruxerit se quoniā humilia qdē secutus humilitatis tamen summā adeptus est gloriā. Tonstrinas sutrinæq; pinxit & asellos & obolias ac similia. ob hoc cognominatus Rhyparographos. in iis cōsumatæ uoluptatis: Quippe eæ pluri ueniēre q̄ maximæ multorū. e diuerso mediana ut inquit Varro omnia operiebat Serapioneis tabula sub ueteribus hic scēnas maxies pinxit. sed hōinē pingere nō potuit. Contra dionysius nihil aliud q̄ hoies pinxit hoc āthropogra p^o cognominatus. parua & calices fecit. Item calices cōicis tabellis

Subsidia
iniuriæ
& uetustatis
ul
subsidii
cōtra
iniuriā
uetusta.

Thepole
mō uet
sti cod.

Aristo.

Mēiana

H iiii